

Jacobus [?], *Compendium de musica*

<Prima Pars>

Capitulum I.

Dispendiosa sub compendio tradere, facile quoniam non est, manifestum est. Disciplinarum musica hoc modo est, cum sit facultas harmonica acutorum sonorum graviumque concordiam perpendens, secundum Boethium quinto *Musicae* suae libro. Diligentibus tamen et non negligentibus hanc sub compendio quomodo melius potero, proponere curabo in hunc modum.

Musica namque multa licet sit, instrumentalem elegimus describendam, et hoc tripliciter, videlicet theorice, practice et mensurabiliter. Theorice quantum ad consonantias proportionatas seu proportionabiliter constitutas, ut in Boethio, *De musica institutione* per totum. Practice vero quantum ad consonantiarum usum et applicationem, tam ad instrumenta naturalia ut vocis humanae, quam artificialia ut tibiae, psalterii, chori vel organi et similia; et hoc dupliciter, videlicet per se vel cum adiuncto, id est monophonice vel diaphonice seu poliphonice. Mensurabiliter cum discretione vel sine discretione, propter quod mensurabilem ipsam proposuimus describere musicam. De dicta autem practica nulla considerata mensura Guido monachus in suo *Micrologo* circa finem primi libri, capitulum “Diaphonia.” De mensurabili vero et poliphonia magister Franco teutonicus in suis praeceptis, id est in libello qui *Ars* vocatur *mensurabilis musicae*.

Is igitur hos qui diligenter inspexerit auctores, eam de qua famur se agnovisse laetabitur, sed id modo non obvium. Multa tamen in praefatis reperienda auctoribus praesupponentes de tribus praelibatis succinctius tractandum est musicae partibus et primo de theorica, id est speculativa. Theoria enim graece, speculatio est latine. Huius autem speculationis opus est praxis.

<First Part.>

Chapter 1.

Presenting copious [things] in compendious format is manifestly not an easy thing [to do]. Among disciplines this is true of music, which according to Boethius, in the fifth book of his *Musica*, is the skill of weighing concord between high and low sounds. However, I shall take care to set it forth in compendious format, to the best of my ability, for those who are diligent, not negligent, in [the following] way.

Although music is many things, we have chosen to write about the instrumental kind, and this threefold, namely, theoretically, practically, and measurably. Theoretically with regard to proportioned or proportionally-constituted intervals, as throughout Boethius, *De musica institutione*. Practically with regard to the use and application of intervals, both on natural instruments, such as the human voice, and on artificial ones, such as flutes, psalteries, dance [instruments], organs, and the like; and this twofold, namely, either by itself or together with another, that is, monophonically or diaphonically or polyphonically. Measurably, either with exactitude or without exactitude, which is why we have proposed to describe that measurable music. Concerning the said practical kind, without consideration of measure, Guido the monk [has written] the chapter *Diaphonia* in his *Micrologus*, toward the end of the first book. But magister Franco the Teuton [has dealt] with the measurable kind and polyphony in his teachings, namely, in his booklet called *Ars mensurabilis musicae*.

He who shall have read those authors diligently shall rejoice in recognizing the things of which we speak, but this is not easy. For there are many presuppositions to be found in the aforesaid authors, [and] the three aforesaid parts of music must be dealt with more succinctly. And firstly the theoretical, or speculative, [part]. For what is called *theoria* in Greek is *speculatio* in Latin. But speculation does need practice.

Capitulum II. De speculatione musices, et quid scire oporteat, et quid scit, unumquodque quod scire opus est.

De theorica igitur tractaturi quantum ad consonantias proportionatas seu proportionabiliter constitutas videndum nobis est. Quid sit proportio? Quid proportionabilitas? Quid proportionatum? Quid proportionabile? Quid sonus? Quid consonantia? Quot consonantiae? Quae bonae, quae meliores, quae optimae? Quid dissonantia? Quot dissonantiae? Quae malae, quae peiores, quae pessimae? Quae permissivae, quae prohibitivae, quae refutabiles et quae receptivae?

Proportio est igitur duorum terminorum ad se invicem comparatio. De tribus medietatibus: Quoniam vero, Boethius libro secundo. Ibidem autem etiam, quid proportionabilitas. Proportionatum autem est illud quod ex proportionabilitatibus derelinquitur. Proportionabile quoque est quod aptum natum est proportionari. Sonus autem hic sumptus est vocis casus emmeles, id est aptus melo seu cantilenae; libro primo capitulo 8, et aliter capitulo 17.

Consonantia ibi etiam: Consonantia duarum vocum rata permixtio diffinitur. Simile libro primo capitulo 8: Consonantia, inquit, est acuti soni gravisque mixtura suaviter uniformiterque auribus accidens. Etiam capitulo 3 eodem libro: Consonantia, inquit, est dissimilium inter se vocum in unum redacta concordia.

Consonantiae autem principales tres sunt: diapason, diapente et diatessaron. Sunt autem simplices ex eo quod ab ipsis aliae compositae nomen recipiunt, ut bisdiapason, diapente cum diapason atque diatessaron cum diapason, si fas sit ipsam consonantiam dici, quod non credunt Pythagorici. Omnem enim consonantiam aut in multiplici aut in superpartulari fundari dicunt. Diatessaron vero cum diapason in multiplici superbipartienti cadere demonstrant. Hoc autem genus a concinentiae ratione Boethius segregasse dinoscitur, sed nec omnes superpartulares consonantiae dicuntur, ut tonus qui principium est consonantiae instar unitatis et puncti.

Compositae consonantiae hae sunt quae dictae sunt, videlicet bisdiapason quae vocatur maxima symphonia, et diapente cum

Chapter 2. Concerning speculation in music, and what one should know, and what one knows, any one thing one needs to know.

Now we must consider the things to be dealt with regarding theory, as far as proportioned or proportionally-constituted intervals are concerned. What is proportion? What proportionability? What is proportioned? What is proportionable? What is sound? What consonance? How many consonances are there? Which are good, which better, which best? What is dissonance? How many dissonances are there? Which are bad, which worse, which worst? Which are allowable, which forbidden, which to be rejected and which to be accepted?

Proportion is the comparison of two terms with one another. Concerning the three means, [see] Boethius, [chapter] *Quoniam vero*, in the second book. And in the same place also what [is] proportionability. The proportioned thing is that which is left by proportionabilities. Also the proportionable is that which is by nature suitable for being proportioned. Sound understood in this way is a precisely-pitched fall of the voice, one that is suitable for tune or song; in the first book, chapter 8, and elsewhere chapter 17.

In that place also consonance: Consonance is defined as a certain mixture of two sounds. See also the first book, chapter 8: Consonance, he says, is the mingling of high and low sounds falling sweetly and uniformly upon the ears. And in the third chapter of the same book: Consonance, he says, is the concord of mutually dissimilar sounds brought together in one.

There are three principal consonances: diapason, diapente, and diatessaron. These are simple in that other composite [intervals] take their names from them, like bisdiapason, diapente with diapason, and diatessaron with diapason—if indeed it is right to call this a consonance, which the Pythagoreans do not believe. They say that every consonance is founded in either the multiplex or superparticular [proportions]. And they demonstrate that the diatessaron with diapason falls in the multiplex superbipartient [proportion]. Boethius is known to have excluded this kind [of proportion] from the principle of harmonious sound. But not all superparticular [proportions] are called consonances, for example the tone, which is the principle of consonance just like the number one and the point [in mathematics and geometry].

Composite consonances are those already mentioned, namely bisdiapason, which is called the greatest *symphonia*, and the diapente with diapason.

diapason. Consonantiarum autem bona est diatessaron, diapente melior, diapason vero optima. Hoc ideo quia partes diffinitionis consonantiae eisdem secundum magis et minus competunt. Dulcius enim diapente in aure cadit quam diatessaron, et diapason quam diapente. Verum bene fateor quod sensibus non sit dandum omne iudicium. Iudicant enim de accidentibus sibi notis, puta de sonis. Consonantiarum vero naturas sibi ratio reservavit iudicandas. De aliis vero compositis consonantiis attende verbum metricum quo dicitur: Simplicium norma formabis compositiva.

Capitulum III. Cur consonantia dicatur esse bona, et de generibus inaequalitatis.

Ratio bonitatis consonantiae est perfecta cadentia in genere inaequalitatis. De ipsis autem generibus habetur capitulum 3: Consonantia, libro primo. Item libro secundo, capitulo 4: Relatae, inquit, quantitatis simplicia tria sunt genera, scilicet multiplex, superparticulare et superpartiens. Et composita duo, scilicet multiplex superparticulare et multiplex superpartiens.

Horum autem duo a Boethio pro consonantiis eliguntur: multiplex scilicet et superparticulare. Hoc autem est propter principalitatem. Alii vero soni minus principales etiam in aliis cadunt generibus, ut ditonus, et caetera. Vocantur autem haec inaequalitatis genera, quia ab aequalitate discrepant. In numeris enim dum aequales duo sunt nulla summa maior, sed utrobique aequalitas ut 4 et 4. Sed vero alius alium excedat aut ab alio alius excedatur, fiet ea tunc quae vocatur inaequalitas ut in multiplicibus 1, 2, 3, 4, 5 et usque in infinitum progrediendo. In his enim maior minorem bis, ter, quater, quinquies aut pluries continet: totiens etiam minor a maiore continetur.

Et in superparticularibus erit idem ut 2, 3, 4, 5, et caetera. Maior enim minorem continet eiusque vel mediam vel tertiam vel quartam partem et sic deinceps. Iterumque in superpartientibus simile est ut 3, 5, 7, et caetera. Maior namque minorem continet eiusque duas vel tres vel quotlibet insuper partes. Et si duas, erit superbipartiens; si tres supertripartiens; sicque fit ut a partium pluralitate nomen accipiant. Erit quoque superbipartiens prima species,

Among consonances the diatessaron is good, the diapente better, but the diapason best. This is because the parts of the definition of consonance fit them in varying degrees. For the diapente falls more sweetly on the ear than the diatessaron, and the diapason more so than the diapente. However, I do say that all judgement is not to be given to the senses. For these judge only about the accidental things known to them, namely sounds. But to reason alone is reserved the judgement as to the natures of the consonances. For the other composite consonances, bear in mind that metrical verse where it it says: You shall form composite norms from the simple ones.

Chapter 3. Wherefore a consonance is said to be good, and concerning the species of inequality.

The principle of goodness in consonance is a perfect falling in the species of inequality. Concerning those species one may consult chapter 3, *Consonantia*, in the first book. Also in the second book, chapter 4: There are, he says, three simple species of related quantity, namely, multiple, superparticular, and superpartient. And two composite ones, namely, multiple superparticular and multiple superpartient.

Of these, Boethius singled out two for the consonances, namely, the multiple and the superparticular. And this is because of their principal rank. Other less principal sounds, like the ditone and others, fall in other species. Species of inequality are so called because they deviate from equality. For when there are two equal numbers, neither is larger than the largest, but there is equality on both sides, like 4 and 4. But when one exceeds the other, or is exceeded by the other, then there is what is called inequality, as in the multiples of 1, 2, 3, 4, 5, and so forth, ad infinitum. For in these, the larger [number] contains the smaller twice, three times, four times, five times, or more: and the smaller one is contained as many times in the larger.

And the same shall be the case with superparticulars, like 2, 3, 4, 5, and so on. For the larger [number] contains the smaller plus one half or the third part or the fourth, and so on. And again, it is the same way in superpartients, like 3, 5, 7, and so on. For the larger [number] contains the smaller plus two or three or however many parts in addition. And if two, then it shall be superbipartient; if three, supertripartient; and this is how they receive their names, from the plurality of parts. The first species shall be superbipartient,

supertripartiens secunda et sic de aliis. In multiplicibus vero, dum maior minorem bis continet, vocatur proportio dupla; dum ter tripla et sic de aliis.

In superparticularibus, dum maior minorem continet eiusque dimidiam vel alteram, quod idem est, vocabitur sesquialtera; dum vero tertiam sesquitertia et sic ulterius. Est autem sesquialtera prima species superparticularium, sesquitertia vero secunda et sic de aliis. Dupla vero prima species est multiplicis, tripla vero secunda et sic de aliis.

Amplius dum maiores minores continent, maiores dicuntur inaequalitates; dum vero minores continentur, minores. Est ergo maior multiplex superparticulare et caetera. Minor vero erit submultiplex et subsuperparticulare. Itaque a maioribus minores per praepositionem “sub” addita differunt. Amplius maiores termini duces sunt, comites vero minores.

Amplius consonantiae diapason scilicet in dupla, bisdiapason in quadrupla, diapente cum diapason in tripla cadunt et ab eis denominantur. Item diapente in sesquialtera, diatessaron vero in sesquitertia, tonus quoque in sesquioctava. Ceteri vero soni—ut dictum est—in superpartienti et aliis compositis, puta multiplici superpartulari et multiplici superpartienti. Est autem multiplex superparticulare dum maior numerus minorem habet totum bis eiusque alteram vel tertiam vel quartam vel quamlibet partem. Et si alteram habuerit, vocabitur dupla sesquialtera ut 10 ad 4, 5 ad 2. Si vero tertiam, dupla sesquitertia ut 7 ad 3, 14 ad 6. Si vero maior minorem ter in se contineat et alteram partem vel tertiam et caetera, vocabitur similiter tripla sesquialtera; et si quater, quadrupla et sic deinceps.

Multiplex superpartiens vero est dum maior minorem continet bis, ter, quater vel pluries eiusque duas, tres vel plures partes; et si duas, vocabitur dupla superpartiens ut 8 ad 3. Amplius et eo modo ut in multiplici superpartulari. Sed et in istis est dare maiores inaequalitates et minores praepositione “sub” addita, ut submultiplex superparticulare et caetera. De his omnibus Boethius latius in *Arithmetica*: De relata ad aliquid quantitate et capitulo 21 in *Musica*, libro primo. De his ergo non plus.

the second supertripartient, and likewise the others. In multiples, however, one speaks of duple proportion when the larger contains twice the smaller; when three times [one speaks of] triple, and likewise the others.

In superparticular ones, when the larger contains the smaller plus one half (or *altera* which is the same thing), it is called sesquialtera; but when the third part, [it is called] sesquitertia, and so on. For the sesquialtera is the first species of the superparticulars, but sesquitertia the second, and likewise the others. But duple is the first species of the multiple ones, triple the second, and likewise the others.

Further, when the larger [numbers] contain the smaller ones, one speaks of major inequalities; but when smaller ones are being contained, minor. Therefore the multiple superparticular is major, and so on. But the submultiple shall be minor, and the subsuperparticular also. Thus the minor [inequalities] are distinguished from the major ones through the addition of the prefix *sub*. Further, the greater terms are the leaders, the smaller ones followers.

Further, the consonances of the diapason, bisdiapason, and diapente with diapason fall, respectively, in the duple, quadruple, and triple [proportions], and take their names from them. Also diapente [falls] in sesquialtera, the diatessaron in sesquitertia, and the tone in sesquioctava. However, the other sounds [may fall] in the superpartient, as already said, or in other composites such as the multiple superparticular and the multiple superpartient. The multiple superparticular is when the larger number contains twice the smaller number plus one half, or one third, or one fourth, or whichever part. And if it shall contain one half, then it shall be called duple sesquialtera, such as 10 to 4, 5 to 2. But if the third part, [it shall be called] duple sesquitertia, such as 7 to 3, 14 to 6. But if the larger [number] contains the smaller three times plus one half or the third part, and so on, then it shall similarly be called triple sesquialtera; and if four times, quadruple, and so forth.

Multiple superpartient is when the larger [number] contains the smaller two times, three times, four times, or more, plus two, three, or more of its parts. And if two, then it shall be called duple superpartient, like 8 to 3. And so on, in the same way as the multiple superparticular. But in these, too, there are major inequalities and minor ones with the prefix *sub*, such as submultiplex superparticular, and so on. For more on all these things, [see] Boethius in *Arithmetica*, *De relato ad aliquid quantitate*, and chapter 21 in *Musica*, in the first book. No more about these things [here], then.

Capitulum IV. De dissonantia.

Dissonantia nempe consonantibus opponi. Ipsorum enim opposita est diffinitio. Dissonantiae ergo sunt quaecumque non sunt consonantiae et hae quidem secundum quod sensum auditus magis et minus offendunt, aut ratio repellit propter quod malae, peiores aut pessimae aestimantur. De his autem simul et consonantiis Boethius in quinto, 2, 3, 4, 8 et 9 capitulis. Et ibidem, cur non omnia sensui non applicantur aut cur non rationi tantum, sed omnia sensui et rationi simul.

Nobis autem nunc est intuendum, quoniam rerum primordia sensus invenit, ratio autem inventum perficit. Sicque factum est ut musica habeat iudicii partes duas. Habent enim singulae artes instrumenta quibus aliquid confuse, partim vero sub integro iudicatur. Illud autem instrumentum confusi iudicii musicae sensus est. Integritatis vero ratio, ut circuli manus est instrumentum an vero ipsa circum bene protraxerit, circinum experitur.

Dicitur autem hoc instrumentum, quo rationis adhibito modo sonorum perquiruntur duae differentiae apud Boethium harmonica regula, cuius inventor Pythagoras fuisse dicitur. Concham nihilominus in qua nervis limacis desiccatis varios sonos efferentibus, Mercurium quendam invenisse dicunt, ad cuius similitudinem cythara prima dicitur fuisse facta; quidam tamen Iubal huius harmonicae regulae repertorem fuisse dicunt, forte quia illius temporibus iubilis vim habuisse fertur. Quod tamen Pythagoras ut praefertur, dictae regulae fuerit repertor, narrat Boethius, libro primo, capitulo 27.

Capitulum V. De vocum differentiis, divisione et acceptance.

Ptolemaeus unisonas et non unisonas voces fieri. Appellant autem tam sonos consonos, quam non consonos voces. Omnis enim vox est sonus et non econverso. Vocum, inquit, aliae sunt unisonae, aliae minime.

Chapter 4. Concerning dissonance.

That dissonance is to be opposed to the consonances, since their definitions are opposed. Dissonances, therefore, are any [intervals] that are not consonant. And these indeed are judged bad, worse, or worst, according to whether they offend the sense of hearing, or whether reason rejects [them], to a greater or lesser degree. For these and the consonances, [see] Boethius in the fifth [book], chapters, 2, 3, 4, 8, and 9. And in the same place [concerning the question] why anything should be [subject] to the [judgement of] sense at all, and why not only to reason, but rather to reason and sense at the same time.

But now we must consider why it is that sense discovers the first [outlines] of things, but reason perfects what is found. This is how it came about that there are two parts to judgement in music. For every art has instruments with which things are known only in muddled fashion, and not in their wholeness. In music the instrument of muddled judgement is the sense, but [the instrument] of wholeness [is] reason—like the hand is an instrument [for drawing] a circle, but the compass is used to test whether that circle shall truly be drawn well.

Now the instrument with which one inquires into the two differences of sounds, through the application of the measure of reason, is called, according to Boethius, a harmonic ruler, whose inventor is said to have been Pythagoras. Nevertheless, some say that a certain Mercurius has invented the shell in which different sounds are produced by strings of dried snails, [the shell] in whose likeness the first lyre is said to have been made. Some people however say that Iubal was the one who discovered the harmonic rule, perhaps because in his times jubilation was held to exert power. But Boethius reports in the first book, chapter 27, that Pythagoras was the inventor of the said ruler, as said before.

Chapter 5. Concerning the differences between pitches, their division and admission.

Ptolemy: that pitches are either unison or not unison. For they call consonant as well as non-consonant sounds “pitches.” For every pitch is a sound but not the other way round. Some pitches are unisons, he says, but

Unisonae sunt quarum sonus unus est ut figuraliter dicatur sicut re-re, vel quicumque alii soni. Minime unisonae sunt quarum sonus unus gravis est, alius vero acutus sicut ut-re, re-fa, re-la, et sic de aliis. Amplius ut semitonia et ipsorum partes ut commata, schismata, diaschismata, quorum differentias difficile capit auditus neque enim sensus minima propter ipsorum parvitatem recipit et a maioribus saepe confunditur, ut ait Boethius. Simile in quinto Boethii capitulo 2. Item et capitulo 3 eodem libro.


Cum non unisonarum, inquit, aliae sunt continuuae, aliae vero disgregatae, continuuae ab harmoniae disciplina separantur, disgregatae vero harmoniae subiciuntur disciplinae. Amplius ekmeles, id est melo ineptae seu in cantilena nullo modo cadentes refutantur. Em<m>eles vero melo deputatae sunt. Sunt autem ekmeles soni quorum velocitates ita sunt iunctae, ut colores in radi<i>s eo quod sensus eas nullo capiat modo. Simile in tortura nervi cytharae, dum percussus ipse nervus torquetur, tunc enim ita sunt iunctae velocitates sonorum ut quasi nulla sit cognitionis discretio ob hanc autem causam: comma minimum quod capit auditus a Boethio diffinitur. In quibus igitur nulla discretionis ratio sentitur voces ekmeles sunt. Aliae vero, quoniam separatae sunt et in ipsis de facili differentia percipitur rite emmeles efferuntur. Sunt autem haec quas superius bonas, meliores diximus et optimas, et ab eisdem compositae. Aliae vero sunt, quae malae sunt, peiores et pessimae quarum videlicet, ut dictum est, soni ita iuncti sunt ut paene eorum differentia nesciatur.

Sunt autem et partes toni, apotome et lim<m>a videlicet, id est semitonium maius et minus. Est autem semitonium maius in commate inter .b. et .b. graves vel acutas vel ubicumque in eadem chorda monochordi vere seu false disponantur, simul .b. rotundum et .b. quadratum. Minus vero semitonium est quotiens a diatessaron duo toni rescinduntur ut inter ut, re, mi, fa. Est autem ut-re tonus. Item re-mi alius tonus, mi-fa vero semitonium est, quamvis in gammate recipiatur. Istaes partes igitur consonantiis minime deputantur quoad consonantiarum perfecta inaequalitatis genera; constituunt tamen et ipsae tonum simul iunctae, ut patet in hac formula:

others not at all. Unison are those whose sound is one, figuratively speaking, like **re-re**, or any other sounds. Not unison are those that have one low and one high sound, like **ut-re**, **re-la**, and so on, also like semitones and their parts, such as commas, schismata, diaschismata, whose distinctions the hearing perceives only with difficulty, since the sense does not perceive the least things because of their smallness, and it is often confused by the larger things, as Boethius says. See also the fifth [book] of Boethius, chapter 2. Also in chapter 3 of the same book.

Since some of the unisons, he says, are continuous, others discontinuous, the continuous ones are excluded from the discipline of harmony, but the discontinuous ones accepted in the discipline. Further, ekmeles [non-melodic pitches], which are unsuitable for melody and not falling [in rational proportions] in song, are rejected. Emmeles [melodic pitches], however, are suitable for melody. Further, ekmeles are sounds whose velocities blend exactly as colors [do] in rays, in such a way that the sense does not perceive them [separately] in any way. The same is true of the straining of the string on the lyre. When struck, that string is strained, and then the velocities of sounds are joined in such a way that there is almost no perceptible distinction as a result. The smallest comma which the hearing can perceive is defined by Boethius. Ekmeles, therefore, are those pitches in which no principle of distinction is perceived. The others, however, are justly known as emmeles because they are separate and because it is easy to perceive the differences between them. But there are some which we have above called good, better, and best, and likewise their composites. And there are others which are bad, worse, or worst, namely, as already said, when the sounds are joined and the differences between them can scarcely be told.

There are also the parts of the tone, namely, the apotome and limma, that is, the major and minor semitone. A semitone is major by the comma between high or low .b. et .b., and [it may be] disposed truly or falsely anywhere on the same string of the monochord, round .b. as well as square .b. But the minor semitone is what remains when two tones are taken from the diatessaron, as between **ut**, **re**, **mi**, **fa**. For **ut-re** is a tone. Also **re-mi** is another tone, but **mi-fa** is a semitone, even though it is accepted in the gamut. Those parts, therefore, are not reckoned consonances at all, at least as far as the perfect species of inequality of consonances are concerned; yet they do constitute a tone when they are joined together, as is apparent in this figure:



Sunt igitur toni partes, ut dictum est, malae. Amplius malae sunt: tritonus ut inter .F. et .b., semitritonus ut inter .b. et .f. et eorum composita. Ex his autem peiores sunt commata et dieses, semitoniorum videlicet partes. Pessimae autem partium semitoniorum particulae. Amplius et commatis ut schismata, diaschismata. Dum enim aut aequari non possunt, aut cum discretione distantes non sunt, quasi assatum in sartagine strident, aut sicut nervi tortura sonant indiscreta.

Permissivi autem soni sunt sicut tonus ut: ut-re, re-mi, fa-sol, sol-la. Amplius semiditonus sicut re-fa, mi-sol. Item ditonus sicut ut-mi, fa-la, et haec omnia cum diapason composita sicut tonus cum diapason, semiditonus cum diapason et ditonus cum diapason. Idem enim est; diapason enim paene est una vocula sicque factum est ut quicquid supra diapason fiat: super unisonum factum fuisse videatur. Utrum semitonium per se prohibetur quantum ad genus videlicet superpartiens, quod a concinentiae ratione segregatur, cum diapason vero et diapente permittitur. Permissivae ergo voces emmeles erunt; ekmeles vero prohibitivae. Illae autem sunt, quae malae, peiores et pessimae dictae sunt, hoc autem secundum magis et minus. Plus enim schisma discordat quam comma; hae quoque similiter iure refutabiles erunt quae a meli confectione se iunguntur. Aliae vero receptabiles censeantur. Haec autem, ut promisimus, brevius pertractavimus, in Boethio 5 per totum clarius habentur.

As said before, then, the parts of the tone are bad. Also bad are the tritone, as between .F. and .b., and the semitritone, as between .b. and .f., and their composites. Worse among these are commas and dieses, which are parts of semitones. The worst parts of semitones, however, are particles, and also [the particles] of the comma, such as schismata and diaschismata. For since they cannot be made equal, and are not distant by a precise [rational proportion], they make a shrill noise like roasting in a frying pan, or they sound indistinct like the straining of a string.

Permissible sounds, however, are those like the tone, such as **ut-re, re-mi, fa-sol, sol-la**. Further the semiditone, like **re-fa, mi-sol**. Also the ditone, like **ut-mi, fa-la**, and all of these also together with the diapason, such as tone with diapason, semiditone with diapason, and ditone with diapason. For that is the same thing; for the diapason itself is almost one pitch, and it is made in such a way that anything above the diapason seems to be sounding as though above the unison. Both the two semitones, taken by themselves, are prohibited as far as the superpartient genus is concerned, which is excluded from the principle of harmony, but they are permitted [when joined] with the diapason and diapente. The emmeles, therefore, will be permissible pitches; but ekmeles are prohibited. For it is these that are called bad, worse, and worst, albeit according to varying degrees. For the schisma is more discordant than the comma; likewise, if they are joined together, they shall also be rightfully rejected from the composition of melody. Others, however, are deemed acceptable. All of these things, which, as promised, we have treated rather briefly, are more clearly to be found throughout [book] 5 of Boethius.

<Secunda Pars>

Capitulum I. Prologus practicae musicae, et quid scire oporteat.

De per se practica. Quid sit monochordum seu harmonica regula quaerendum. Amplius quomodo fiat vel qualiter, ad quid valeat monochordi dicti instrumentum. Amplius quid in eo inveniatur et cur monochordum dicatur, sed cur non diachordum aut trichordum dicatur. Item de modis seu tropis vel abusive tonis.

Capitulum II. De regulari et irregulari tonorum discretione.

Monochordum seu harmonicam regulam esse fixam firmamque inspectionem. In qua speculatione adhibita consonantiarum ratio per quam praxis ordinem sumpsit et modum inquiritur, quae nullum inquirentem dubio fallit iudicio. Simile capitulo 11, libro primo. In ea enim omnes soni musicales perquiruntur. Guido in *Micrologo* suo per totum. Monochordum, inquit, est instrumentum in quo rationis adhibito modo omnes consonantiae perquiruntur. Et Boethius in 4 libro in fine, ibi: "Ut vero indubitanter."

Quomodo autem fiat istud monochordum, Guido in suo *Dialogo* describit, ibi: Quid est musica? Veraciter canendi scientia, et facilis ad canendi perfectionem via, sicut enim magister et caetera. Sequitur: Quale est monochordum? Responsum: Lignum cum discretione longum in modum capsae, intus cavum in modum cytharae, super quod posita chorda sonat (supple: plectro percussa) cuius sonitu vocum varietates facile comprehendis. Sequitur: Quomodo ponitur ipsa chorda? Responsum: Per mediam capsam in longum linea recta ducitur, et relicto ab utroque spatio unius unciae in eodem ab utraque lineae parte punctus ponitur. In relictis vero spatiis duo capitella, quae Graeci magadas vocant, quanta et linea quae sub chorda est. Huius autem instrumenti exempli gratia, licet ipse Guido non describat, exemplum hoc modo ponere possumus. Fit autem hoc monochordi instrumentum ob hanc causam, ut hi qui vocem naturalem ad consonantias applicare

<Second Part>

Chapter 1. Prologue to practical music, and what it is necessary to know.

Concerning practical [music] by itself. [It is] to be inquired what the monochord or harmonic ruler is. Further how and in what way it is made, what purpose the instrument of the said monochord serves. Further what may be found on it, and why it is called monochord, and not dichord or trichord. Also, about modes or *tropi*, or, incorrectly, *toni*.


Chapter 2. Concerning the regular and irregular distinction between *toni*.

That the monochord or harmonic ruler is a fixed and firm [tool of] inquiry, on which one investigates, with the help of scientific speculation, the principle of consonance by which practice assumes order and measure, [and] which deceives no inquirer with doubtful judgement. Similarly chapter 11, first book. For on it all musical sounds are thoroughly researched. Guido in his *Micrologus*, passim. The monochord, he says, is an instrument on which all consonances are thoroughly researched through the application of reason. And Boethius, at the end of the fourth book, here: *Ut vero indubitanter*.

In his *Dialogus* Guido [ps.-Odo] describes how this monochord is made, here: What is music? The science of singing in accordance with truth, and the easy road to perfection in singing like a magister, and so on. Further: What kind of thing is the monochord? Answer: A long wooden [construction, made] in the manner of a box, with markings, hollow inside like a lyre, upon which is placed a string that sounds (fill in: when struck by a quill) and through whose sound you may easily understand the differences between pitches. Further: How is that string placed? Answer: It is stretched in a straight line along the length and down the middle [of the] box and, with a distance of one inch left on both sides, a point is placed at the same [distance] from both parts of the line. But in the remaining distances [there are] two bridges, which the Greeks call *magadas*, as much [apart] as the line which is under the string. By way of illustration we may give an example of this instrument in this way, even though [Odo] does not provide it. This instrument of the monochord is there in order that those who do not know how to apply the natural voice to

nesciunt, si hominem verentur, saltem ab artificiali instrumento addiscant, vocemque naturalem eidem applicent. Valet autem istud monochordum ad experiendum, utrum vox naturalis consonantias debite efferat secundum dispositionem naturalem ratione praevia gubernatam, fixam, firmam et incommutabilem.

consonance, if they are afraid of man, may learn at least [to do so] on an artificial instrument, and apply the natural voice to the same. For this monochord allows one to test whether the natural voice produces consonances properly, according to the natural disposition which is fixed, firm, immutable, and governed by reason.



Capitulum III. Quomodo soni in monochordo recipiuntur.

Chapter 3. How sounds are obtained on the monochord.

In hoc monochordo sonos usuales reperiri. Prima enim vox si percussa fuerit atque octava, sive simul sive successive, diapason reddunt consonantiam. Amplius autem quaelibet de octava ad octavam. Ipsa vero prima ad quintam diapente, et quaelibet alia, exceptis dumtaxat tertia et septima quae semitritonum reddunt, ut .b. ad .f. et de .E. ad .b. rotundam. Item ipsa prima ad quartam diatessaron, et quaelibet alia, exceptis .F. et .b. quadrata quae tritonum faciunt. Item de tertia ad tertiam ditonus aut semiditonus. Item de secunda ad secundam tonus aut semitonium maius aut minus. Amplius in distantia .b. -.b. commatis differentia reperitur, semitonio a parte .b. quadrati relicto. In sexta decima vero .b.-.b. pro duabus computatis bisdiapason. In tertia decima similiter .b.-.b. pro duabus computatis diapente cum diapason. In vicesima prima etiam .b.-.b. ubique computatis diapente cum bisdiapason. In vicesima secunda autem similiter tonus cum diapente et bisdiapason. Sed et toni differentiae inter utrasque litteras, inter quas tonum est dare, percussis plectris signorum adiunctorum reperientur.

